

## Az agrigentumiak Hercules-szobra

Herculis templum est apud Agrigentīnos nōn longē ā forō sānē sāncutum apud illōs et religiōsum. Ibī est ex aere simulācrum ipsius Herculis pulcherrimum. Quamquam plūrima simulācra vīdī, iūdicēs, pulchrius simulācrum, quam illud, nunquam cōnspicātus sum. Ad hoc templum Verrēs nocte servōs quōsdam armātōs repente mīsit. Hī concurrērunt et templum expūgnābant, sed cūstōdēs templī clāmāvēre, et servīs obsistere templumque dēfendere cōnābantur. Sed servī Verris eōs clāvīs et fūstibus reppulērunt, et ubī valvās templī effrēgērunt, simulācrum commovēbant. Intereā fāma tōtā urbe pererēbruit; fāma erat servōs templum expūgnāre. Subitō nūntius quīdam in forum celerrimē ingressus nūntiāvit servōs quōsdam simulācrum Herculis commovēre. Omnes Agrigentīni, ubī surrēxērunt tēlaque arripūerunt, brevī tempore ad templum ex tōtā urbe accurrērunt. Ubī ad templum pervēnērunt, vīdērunt servōs simulācrum summā vī commovēre cōnārī. Tum Agrigentīni, māximē īrātī, impetum repente fēcērunt; fīebat māgna lapidātiō; servī Verris fūgērunt.

Num scelera pēiōra umquam audīvistis, iūdicēs? Num facinora scelestiōra umquam accēpistis? Audīte, iūdicēs, operamque dīlignantius date: mox et pēiōra et scelestiōra audiētis. (In Verrem II.4 43, 94–95)

## A cataniai Ceres-szobor megszerzése

Est apud Catinēnsēs sacrārium Cereris. Sed nōn licet virīs in sacrārium illud intrāre. Mulierēs et virginēs sacra cōnficere solent. In eō sacrāriō sīgnū Cereris erat perantīquum. Hoc sīgnū servī Verris ex illō religiōsissimō atque antīquissimō locō nocte sustulērunt. Postrīdiē sacerdōtēs Cereris rem ad magistrātūs suōs dētulērunt; omnibus rēs atrōcissima esse vidēbātur. Tum iste, quod suspīcōnem ā sē dēmovēre volēbat, amīcum quandam suum iussit aliquem reperīre et accūsāre. Nōlēbat enim Verrēs in crīmine esse. Amīcus igitur ille nōmen servī cūiusdam dētulit; tum hunc servum accūsāvit, testēsque fictōs in eum dedit. Senātus Catinēnsium rem lēgibus suīs iūdicāre cōnstituit, et sacerdōtēs vocāvit. Ubī senātus dē omnibus rēbus rogāvit, sacerdōtēs respondērunt servōs Verris in templum nocte intrāvisse et sīgnū locō sustulisse; affīrmāvērunt sē omnes omnia cōnspicātās esse. Senātus igitur negāvit illum servum in templum nocte ingressum esse et sīgnū sustulisse, et cōfirmāvit eum innocentem esse. Opīnor, iūdicēs, vōs scelera pēiōra nunquam audīvisse. Sed operam mihī date; nam et pēiōra putō vōs mox audītūrōs esse. (In Verrem II.4 45, 99–100)

## Grammatica az infinitivusok rendszere

	<i>activum</i>	<i>passivum</i>
<i>imperfectum</i>	impf. tō + <b>-re</b> = (-āre -ēre -ere -īre) <b>habēre</b>	impf. tō + <b>-ri</b> = (-ārī -ērī -ī -īrī) <b>habērī</b>
<i>perfectum</i>	perfectum tō + <b>-isse</b> <b>habuisse</b>	supinum tō + <b>-us<sup>3</sup></b> <b>esse</b> <b>habitus esse</b>
<i>instans</i>	supinum tō + <b>-ūrus<sup>3</sup></b> <b>esse</b> <b>habitūrus esse</b>	supinum tō + <b>-um īrī</b> (!) <b>habitum īrī</b>

### a deponens igék infinitivusai

<i>inf. imperfectus passivi</i>	<b>hortārī</b>
<i>inf. perfectus passivi</i>	<b>hortātūs 3 esse - hortātī 3 esse</b>
<i>inf. instans activi</i> (!)	<b>hortātūrus 3 esse - hortātūrī 3 esse</b>

### accusativus cum infinitivo

1. alanyi / tárgyi mellékmondat helyett a latinban igeneves (*infinitivusos*) szerkezet áll többnyire érzékelést, mondást, tudást kifejező igék mellett használatosak az ilyen szerkezetek három elemből állnak: 1. vezérige (*verbum regēns*) 2. infinitivus 3. accusativus magyarra mellékmondattal fordítjuk, ahol a mm. állítmányba az infinitivus, alanya az accusativus lesz.

- *előidejű*: Video patrem venisse. — Látom, hogy az apa jött. (~*Látom apát megjönni*)
- Fama erat servos templum expugnavisse. — Az a hír járta, hogy szolgák ostromolták meg a templomot.
- *egyidejű*: Video patrem venire. — Látom, hogy az apa jön. (*Látom apát jönni*)

Fama erat servos templum expugnare. — Elterjedt a hír, hogy szolgák ostromolják a templomot.

— *utóidejű*: Video patrem venturum esse. — Látom, hogy az apa jönni fog. (*~Látom apát majd jönni*)

Fama erat servos templum expugnaturos esse — Az a hír járta, hogy szolgák fogják megostromolni a templomot.

**2. Az infinitivusban álló igének lehet külön tárgyi bővítménye is.**

Sacerdotes responderunt ... servos Verris sīgnū sustulisse. — A papnők azt felelték, hogy Verres szolgái elvitték a szobrot.

Fama erat exercitum Romanum hostes devicisse. — Az a hír járta, hogy a római sereg(et) legyőzte az ellenség(et).

**megoldás a passzív infinitivus:** Fama erat hostes ab exercitu Romano devictos esse.  
Sacerdotes responderunt ... a servis Verris sīgnū sublatum esse.

**3. Ha a verbum regensnek és az infinitivusnak az alanya azonos, akkor az accusativus minden esetben a visszaható névmás (mē, tē, sē, nōs, vōs, sē).**

Sacerdotes responderunt se omnia conspīcatas esse. A papnők azt válaszolták, hogy ők minden láttak.

### nominativus cum infinitivo

az észrevevést, mondást, gondolást, parancsolást kifejező igék közül néhányan, ha passzívumban állnak, akkor *nominativus cum infinitivo*-nak nevezett szerkezetet alkotnak. A vezérige alanya és a kijelentő alanyi mellékmondat alanya mindig azonos. (*Állni látszék az idő*)

Dicar princeps Aeolium carmen ad Italos deduxisse modos.

*Mondatik majd rólam, hogy elsőként ültettem át az aiol dalt itáliai mértékekre.*

Fertur Xanthippe morosa fuisse. — Azt mondják, hogy Xanthippé zsémbes volt.

Iubentur consules exercitum conscribere. — A consuloknak megparancsolják, hogy toborozzanak hadsereget.

Dīcitur Remus a Romulo interfectus esse. — Romulus állítólag megölte Remust.

Putantur hostes venturi esse. — Azt gondolják, hogy az ellenség jönni fog.

Omnibus res atrocissima esse videbatur. — Mindenkinek úgy tűnt, hogy ez rendkívül elvetemült dolog.

A szerkezetben álló infinitivusokat egyeztetni kell az alannal. Inf. perfectus passivi sg.: -us esse, -a esse, -um esse; pl.: -ī esse, -ae esse, -a esse; inf. instans activi sg.: -ōrus esse, -ōra esse, -ōrum esse; pl.: -ōrī esse, -ōrae esse, -ōra esse.

### fio, fierī, factus sum

<i>praet. impf.</i>	<i>praes. impf.</i>	<i>fut. impf.</i>
fīebam, fīebās, fīebat  fīebāmus, fīebātis, fīebant	fīō, fīs, fīt   —, —, fīunt	fīam, fīs, fīt   fīēmus, fīētis, fīent

### nōlō nōlle nōluī

<i>praet. impf.</i>	<i>praes. impf.</i>	<i>fut. impf.</i>
nōlēbam, nōlēbās, nōlēbat nōlēbāmus, nōlēbātis, nōlēbant	nōlō, nōn vīs, nōn vult nōlōmus, nōn vultis, nōlunt	nōlam, nōlēs, nōlet nōlēmus, nōlētis, nōlent
<i>praet. perf.</i>	<i>praes. perf.</i>	<i>fut. perf.</i>
nōlueram, nōluerās, nōluerat etc.	nōluī, nōluistī, nōluit etc.	nōluerō, nōlueris, nōluerit etc.

### Esettan ablative temporis

Az ablative időegységet, időt jelentő szavakkal (**annus, mēnsis, diēs, tempus**) praepositio nélkül fejezi ki azt az időhatározót, mely a *mikor?*, ritkábban a *mennyi idő alatt?* kérdésre felel.

brevī tempore — rövid idő alatt; primā luce, die, nocte

Mendācem memorem esse oportet. Caesar audīverat Pompēium cōnfēstīm esse ventūrum. Themistoclēs respondit sē īgnōrāre Aristīdem. Cōnsulēs sciēbant sē post annum futūrōs esse pīvātōs. Caesar iussit equitātū revertī. Segesta est oppidum pervetus in Siciliā, quod ab Aenēā conditum esse dēmōnstrant. Cōnsulēs iubentur exercitum cōnscribere.